UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

Ivliano Medicae Frater Io. Iocvndvs. S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Visual Library

IVLIANO MEDICAE FRATER IO. IOCVNDVS. S.P.D.

IVlium frontinum de aquæductibus optime iuliane, Vitruuiano codici adiiciendum iudicaui, materia eiuſdem diſciplinæ exigente, quẽ cũ uno dũtaxat exemplari cõtuli, Cui tamẽ q̄tũ additũ, q̄tumq́; in melius reformatus ſit, ex collatiõe impreſſorum, quos nuncusq́; biblyopolæ circũtulerũt, explorari poterit, non quòd me exiſtimem illum, ſeu ẽt Vitruuium ad integrum redegiſſe, ſed utrosq́; tam mĩnus dilaceratos, pluribusq́; ſcaturiginibus repurgatos protuliſſe, Quarum reliquiæ ſi poſt me alius quis fidelioribus exemplaribus, & ea diligentia atq; iudicio, quæ in huiuſmodi cura opus eſſe noſcuntur, uſus fuerit, forſan eos ita emundabit, ut qui legerit ipſum Vitruuium uel etiam Frontinum, ſua queq; profitentem ſe audire cẽſeat. Ego pro uirili mea feci quod potui, aliĩ in iis, uel aliis, quorũ nobis reliquiæ conſtant, tantundem ſi fecerint conferendo, & ex collatione rimoſa & cicatricoſa, ſenſibus & uerbis autorum perceptis, recto iudicio ſarciendo, lingua reſtituetur & doctrina priſcorum. Vale.